

rit, & contra suppeditaverit commenta
 hominum Græcutorum, Syrorum, Afrorum, quo-
 rum primus labor fuerit, ut veterum optima
 scripta ambitiose morderent, cum tamen lon-
 gissime ab horum dignitate & auctoritate
 abessent, & inconcinne juxta ac obscurif-
 sime latinam linguam exprimerent. Oc-
 currere præterea in compilatione ineptã
 arrosionem, circumcisionem, & congeriem parti-
 cularum, ut verius quam ipse crederet,
 pronunciaret de permutatione facta Tri-
 bonianus in *Constit. omnem Reip. §. II.* quod
 permutaverit excerpta sua cum duobus
 millibus Codicum veterum Jctorum, ut
 Glaucus permutaverit arma ærea cum
 aureis Diomedis. Tertio quod nullam no-
 bis integram Orationem reliquerit, sed interr-
 ptos & hinc inde confarcinatos sermones,
 non secus ac viator, qui ingentem doliorum cu-
 parumque numerum primum dissolveret, tum
 deinde ex diversorum generum asscribus aut co-
 stis, vas aliquod nova forma effingeret. Unde
 jus Tribonianicum in methodum certam redigere
 velle, perinde stultum esset, ac si Geometra aliquis
 artificium & proportionem hujus vasis demon-
 strare conetur. Quarto, quod in coagmen-
 tandis his segmentis nullum ordinem, conse-
 quentiam & dispositionem, ulla in materia, ser-
 vaverit, & ita male cohæreant omnia, ita

trun-